



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De Cambio quid sit, & eius speciebus cap. 50.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

pra quam est census pereunte for-  
tuito, non sit obligatio ad soluen-  
dum censum. \* Secunda. Quod  
talis res verè illos fructus reddat,  
quorum ius emitur, & non pa-  
ciores. \* Tertia. Quod si res illa pe-  
reat, vel fructus illius, sine culpa  
venditoris: emptor non possit per-  
cipere fructus nisi pro rata, hoc est  
ex parte, si ex parte; vel ex toto, si  
ex toto illa perierit. Quarta. Quod  
pretium sit iustum, habita tempo-  
ris, ac fructus quantitatis & secu-  
ritatis ratione, quale illud esse di-  
judicatur, quod ex lege, vel com-  
muni consuetudine est approba-  
tum. \* Quinta. Qui censem emi-  
non cogat veditorem, ut redima-  
nam tunc videretur virtuale mu-  
tuum: cum autem is reemere, ut  
redimere voluerit, potest semper  
etiam per partes.

De Cambio quid sit, & eius  
speciebus. Cap. 50.

**C**ambium est \* permutatio  
negotiatoria numismatis <sup>P</sup>  
numismate. Permutatio enī  
in genere est triplex: Prisca, rerum  
cum rebus. \* Secunda. Numismatū  
cum rebus. \* Tertia. Numismatiſ  
cum numismate, & hæc propriē  
cambium vocatur, quod est qua-  
druplex. Minutum, cum pecuniæ  
maiores pro minoribus, vel cōtra,  
dantur, cum aliquo lucro. Siccum  
cum campſor dat alteri pecunias  
in eodem loco post aliquod tem-  
pus soluendas cum fœnore, prout  
alibi valuerint. Ver litteras: cum  
quis dat campſori pecunias, ut eas  
accipiat alio loco, in quo verò ac-  
cepit eas, prout tali loco, statuto  
tempore valent, ad quod campſor  
dat litteras. Reale; cum quis verb  
dat in vno loco pecunias, alibi sibi  
aut socio suo reddendas, cum ali-  
quo fœnore.